



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

VI. De vindictis ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

I V.

ANNO
CHRISTI

Math. 18.

Audi Dominum dicentem: *Si tibi non audierit, sit tibi velut gentilis & publicanus.* Non maledices, sed repelles excommunicatum a communione & mensa, & Missa, & pace, & si hæreticus est post vnam correptionem deuita.

V.

Math. 13.

1. Cor. 4.

Audi Dominum dicentem: *Sinite vtraque crescere vsque ad messem:* hoc est, donec veniat qui manifestabit consilia cordium, ne iudicium ante diem iudicii facias: vide Iudam ad mensam Domini, & latronem in paradiso.

V I.

Gen. 9.

Audi item Dominum dicentem: *Qui effuderit sanguinem innocentem, sanguis ipsius effundetur, sed ab eo qui portat gladium, dicitur aut vindictæ innocens habetur.* De ceteris autem per legem euangelicam ab eo loco in quo ait: *Et eum qui aufert aliquid a te, ne repetas, sed libenter si ipse quid referat humiliter recipias.*

Luc. 6.

V I I.

Statuunt ne baptizati [sint] qui symboli * traditione a quocumque acceperunt, quia non inficit ^{* leg. traditio- nem} semen seminantis iniquitas. Sin vero, non est rebaptizare, sed baptizare. Non abluendos autem lapsos a fide credamus nisi per impositionem manus * accipi. ^{* leg. accipi.}

V I I I.

Non ad reorum defensionem facta est ecclesia, sed iudicibus persuadendum est, vt spiritali morte eos occiderent, qui ad sinum matris ecclesiæ confugiunt.